



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 151. An sit licitum aliquid accipere pro obligatione mutuandi in futurum, quandocumque alter exiget mutuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

tertia parte vilescentes , imò etiam pretio , quo emerentur sub hasta seu auctione , ubi etiam ad dimidium possunt vilescere , sed debet abesse omne pactum etiam implicitum , uti rectè Mend. n. 41. ; & bene morent Bonęph. & Steph. t. 4. d. 8. n. 109. cavendum esse à scandalo & usura saltē mentali . Quomodo autem aliquando uni contractui adjici possit pactum retrovendendi , dicetur n. 992.

905     Q. 151. *An sit licitum aliquid accipere pro obligatione mutuandi infuturum , quandocunque alii exigeret mutuum .* Rz. Negat Moya suprà §. 2. 1. quia mutuare statim non est secundūm se pretio æstimabile , uti certum est , ergo nec se obligare ad postea mutuandum , nam plūs est statim mutuare , quām se obligare ad mutuandum postea , cùm mutuare det jus in re , obligatio autem mutuandi det tantūm jus ad rem . 2. Dato , quōd talis obligatio esset pretio æstimabilis , adhuc non est licitum pro ea aliquid accipere , quia ex parte mutuantis & mutuatarii onera sunt paria , nam sors respondet sorti , obligatio autem mutuantis , ut det sorte , obligationi mutuatarii , ut eam reddat , etiamsi casu pereat , ergo si mutuans plus petat , est inæqualitas . Econtrà licitum esse affirmant Caj. Bann. Covarr. Mol. Laym. l. 3. t. 4. c. 16. n. 3. aliique plurimi , & ferè omnes fatente Moyā n. 1. eandem sententiam tenent Leff. Pirrh. n. 25 & 26. , item Tambur. c. 8. §. 5. n. 3. dicens esse omnium . Rationem dant , quia obligatio dandi mutuum non est ipsa actio aut continuatio mutui , sed alia antecedens valde onerosa , & talis obligatio pecuniā æstimari posset , inquit S. Th. 2. 2. q. 78. a. 2. ad 4. ; rectè tamen notat Spor. n. 39. , si fieret

fieret statim ante contractum mutui, talem contractum fore parum æstimabilem, & præsumi factum ad palliandam usuram.

*Q. 152. An sit usura, si mutuem Cajo debitum , 906 quod ipsi erit facilis solutionis, mihi autem esset difficultis, v. g. Rex debet mihi 1000:, quos difficulter recipiam, Cagus autem habet facilem modum accipiendo à Rege, an possim Cajo mutuare illos 1000:, cum pacto , ut postea etiam 1000: mihi restituat. R. Posse dicunt Mol. t. 2. d. 361. n. 10. Less. l. 2. c. 21. n. 76. Lugo in resp. mor. l. 6. d. 8., quia tanti valoris in se erat illud debitum. Nec obstat, quod tale debitum acerbum, id est, difficile minoris æstimetur, etiam sæpe infra dimidium, ideoq; tu licet potueris à me emere minori pretio, uti fatentur omnes cum Less. n. 74. nam non ideo tenebar ego minoris vendere , & poteram similiter ego pro eo acceptare æquale pretium , uti etiam fatentur communiter AA: cum Lugo & Less. n. 77.*

*Q. 153. Si nullus adsit titulus aliquid accipiendo 907 supra sortem, an sit usura mutuare cum spe aliquid accipendi. R. Affirmant Gabr. Silv. Med. Adr. Covarr., quia Luc. 6. dicitur, date mutuum nihil inde sperantes, quod non est puri consilii, secundum dicta n. 849., Deinde cap. Consuluit , de usuris additur , licet omni conventione cessante hujusmodi homines pro intentione lucri , quam habent , judicando esse male agere , & cogendos , ut restituant , sed probabilitis negant S. Th. P. Nav. Sot. Mol. Less. Laym. suprà n. 4., est enim licitum ante mutuum accipere aliquid gratis donatum , ergo etiam post mutuum, uti rectè argumentatur S. Th. 2. 2. q. 78. a. 2. in O. , id autem licet spero, quod licet*